

Redit

X

~~præponens rationabiles et ad similitudi-  
 nem suam fecit, quodque eius dispositione  
 omnis creatura sub caelo posita nobis  
 servit, sed et illud, quod quantiscumque  
 peccatis involuti simus, venia nobis  
 est promissa, si penitentiam agamus  
 in hac vita. Haec igitur tanta divinae  
 pietatis dona omnia humanae virtutis  
 excedunt merita; quanto autem meliora  
 sunt, tanto amplius peccavimus cum haec  
 pro nihilo computantes præcepta divina  
 negleximus. Si enim peccatum est  
 mala pro bonis reddere hominibus,  
 multo magis peccatum est, cum idem  
 Deo agitur, quia homines bona aliqua,  
 Deus vero bona cuncta tribuit. Si igitur  
 haec iugiter tractaverimus, maxime nos  
 instruunt ad cognoscendam pietatem  
 divinam. Cumque eiusdem pietatis  
 divinae noticiam habere ceperimus, tunc  
 pro certo agnoscerimus et maliciam  
 nostram, quae pietati divinae opposita  
 ita manifestatur (200<sup>r</sup>) ab illa sicut  
 tenebrae per lucem. Deinde vero cum  
 maliciae nostrae quantitatem agnoverimus,  
 tunc iugiter mirari incipiemus, quomodo~~